



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CXXXVIII. Der Knappe Dietrich von Lüderitz tritt seinem Vetter Wasmud für
Besitzungen in Rahrhelf, Hebungen in Schwarzlosen und Buchholtz ab, am
20 Mai 1342.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

Ipsumque pratum et omne jus, quod in eo habui coram sculteto et villanis ville Schinne dictis dominis resignavi libere cum vimine, quod en ris vulgariter nuncupatur. Nichilque juris me vel meos heredes habere ulterius fateor in prato supradicto et supradicti domini ipsum perpetue possidebunt habebuntque potestatem liberam de predicto prato disponendi, sicut voluntati eorum videbitur expedire. In premissorum testimonium sigillum meum presentibus est appentum. Testes sunt Nicolaus et Wycharthus fratres mei dilecti, ac Meynhardus patruus meus et plures alii fide digni. Actum et datum anno domini M^o. CCC^o. XL. secundo, feria tertia proxima ante diem sanctorum apostolorum Philippⁱ et Jacobi.

CXXXVIII. Der Knappe Dietrich von Lüderitz tritt seinem Vetter Wasmud für Besitzungen in Nahrstedt, Hebungen in Schwarzlosen und Buchholz ab, am 20. Mai 1342.

Ego thidericus de luderiz, famulus, — dimisi et presentibus libero arbitrio et bona voluntate dimitto dilecto meo patruo domino wafmodo de luderiz, Canonico Ecclesie Stendalensis, in refusionem et solueionem quorundam bonorum, que ipse michi dimisit et ad manus meas renunciavit, in villa Norstede sitorum, in villa Suartelose in curia henneken de garlyp nouem solidos, quos habui ibidem de quodam equo pheodali et in curia henneken de grassowe duos modeos (sic) ordei et quatuor modeos ordei in curia thydeken olrici villa in eadem, Nec non in villa bucholt viginti pullos decimam quoque minutam villa in eadem singulis annis pacifice atque libere attolendos, renunciens ad manus eiusdem mei patris omni juri, quod michi vel alicui meo successori in prefatis bonis competebat, competit vel competere poterit in futuro, de jure vel de facto, nichil michi uel meis heredibus aut quibuscunque successoribus in eisdem referuando, obligans me ad hoc, quod debebo predicta bona coram dominis pheodi beniuole resignare, quandocumque fuero a ipso meo patruo requisitus. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appentum. Presentibus testibus domino Alberto de calue milite, henningo atque Ebelingho famulis dictis de luderiz et alii (sic) pluribus fide dignis. Datum anno M^o. CCC^o. XLII^o. feria quarta ante festum palmarum.

CXXXIX. Der Knappe Heinrich von Cloden läßt dem Domstifte Hebungen in Niendorf auf, am 28. Febr. 1343.

— ego Henricus dictus de Cloden, famulus, cum consensu meorum verorum heredum, vendidi ac dimisi iuste vendicionis titulo honorabilibus viris dominis Conrado . . preposito, frederico . . decano Totique Stendalensis Ecclesie Capitulo pro numerata pecunia, michi expedite perfoluta, omnia bona pheodalia, adiacencia curie coppekini Conradi, site in villa Nyendorpe, videlicet vnum chorum siliginis, vnum chorum ordei, vnum Talentum denariorum Brandeburgensium in precaria, Quatuor solidos dictorum denariorum in censu, duos modios siliginis, duos modios ordei et quatuor modios auene in precaria, que Bedekorn vulgariter nuncupatur, sex modios auene, que holthauere dicitur, et duos pullos cum omni Jure, sicut ego ea habui in pheodo ab Ecclesia memorata: Nichilque iuris me aut meos heredes amplius habere bonis fateor in premisis. Promitto eciam cum meis heredibus